Hoc est translatum fideliter sumptum a quodam publico instrumento tenoris subsequentis. Noverint universi quod convocatis voce preconia venerabilibus probis hominibus et universitate Civitatis Amorise ad consilium sive parlamentum de seu pro subscriptis tenendum seu
celebrandum in monasterio fratrum beate Marie de monte carmelo dicte civitatis Amorise in quadam domo ipsius monasterii refectorium nuncupata prima die marcii Anno nativitatis domini Millesimo trecentesimo octuagesimo primo Convenerunt ad dictam domum refectorium nuncu-
patam et in ibi congregati fuerunt more solito ipsa die hii venerabiles probi homines qui sequuntur videlicet Petrus vilella Raymundus de palacio Bernardus amigos et Bartholomeus amigos consiliarii hoc anno dicte civitatis Franciscus de marestach Franciscus de granalosa Guillelmus de
castellnou Berengarius de fralonga Raymundus de turri Franciscus rourich sutor Franciscus carreti pelliparius Bartholomeus de gamicas senior Bernardus de trullio pellium assaimator Jacobus de solerio sutor pater yvanoz Petrus de podio manyany Bernardus paleti jubarius Petrus
corregiarius sutor Bernardus michelis coriarius Petrus de podio pellium assaimator Jacobus de tresseriis apothecarius Petrus luppeti sutor Bernardus de solerio junior Arnaldus de molendinis pellium assaimator Raymundus jaffa Jacobus de lerone Petrus barriach apothecarius Berengarius
de cumbis sutor Jacobus moragues textor Bernardus rourra sutor Petrus vesti cerdo Bernardus galcerandi Johannes de spina spaherius Raymundus eymerici Guillelmus carreti coriarius Franciscus de palacio Jacobus corb Franciscus de pulcroplano Franciscus cardona Guillelmus de podiolo
textor Petrus amigosii textor Raymundus de commonosa sabaterius Guillelmus guini Franciscus de vilarasa Bernardus de fenestra Bernardus de Sancto Johanne Berengarius de terrentibus pelliparius Bernardus de guimeredes sutor Franciscus de valle textor Berengarius de villapetra flaquer Guillelmus
naralis hostalerius Berengarius de luciano pictor Jacobus de trujars Guillelmus de emulis et Thomasius de frero omnes cives dicte civitatis Et ibi fuit dictum et expositum qualiter plures extra civitatem Amorise predictam degentes ex hiis quibus universitas civitatis ipsius tenetur facere
et prestare censualia mortua opprimunt ipsam universitatem seu eius clavarium et dampnificant sic quod si quandocumque contingit aliqua pensione cessari solui suo tempore seu eius solucione aliquo etiam modico tempore differri faciunt [illegible] salaria exhigunt [illegible]
dampna inferunt et atrociter adversus ipsum clavarium seu dictam universitatem ope et verbo insurgunt Quare expedit et dixerunt ut tali dampno et malicie obvietur et cum non habeant pecuniam unde talium censualia redimere possint deliberarunt utile esse dicte universitati vendere
incolis dicte Civitatis qui inde voluerint emere similia censualia sumptibus tamen emptorum pro redimendo censualia extraneorum sive illorum qui ab habitacione dicte civitatis sunt alieni et dicta universitas a talium alienorum insultibus liberetur et quod ad hec fienda constituerent
sindicum et procuratorem Idcirco attentis predictis et aliis attendendis dicti venerabiles probi homines universitatem dicte civitatis facientes et representantes nominibus eorum propriis et nomine dicte universitatis et singularum ipsius presentium absentium et futurorum et cuiuslibet eorum insolidum
et utroque nomine insolidum et pro toto Necnon etiam hii venerabiles probi homines subscripti singulares universitatis dicte civitatis videlicet Johannes cotillory Marcus poncetti Berengarius de ffaria Bernardus [illegible] Berengarius segum pannorum parator Bernardus luppeti Bernardus [illegible]
Bernardus de vallibus textor Bernardus de turri textor Raymundus fferry sutor Jacobus de petrini pellium assaimator Jacobus rubert assaimator pellium Franciscus frat spaherius Jacobus ballot Franciscus de turri apothecarius Bartholomeus de gamicas junior Raymundus
de tinxerner sutor Petrus de fenestra Bernardus de petiolo Bernardus de castaga textor Guillelmus de pulcroplano Johannes de pulcroplano Berengarius vipolli et Berengarius de pulcroplano carnifices Johannes michelis Petrus de lerone Guillelmus de cellaris Guillelmus
de cremona Berengarius de supbalcio Cristianus ca sala Petrus de trujars Petrus galcerandi Raymundus botini Arnaldus de mas sutor Bernardus oliui Bernardus de sigola magister in medicina Agentes in hiis omnes predicti cum consensu nutu et decreto venerabilis Francisci
indre bauli Civitatis Amorise pro domino duce nominibus eorum propriis et nomine dicte universitatis et eius singulorum et utroque nomine insolidum in presencia mei Berengarii de tresseriis notarii subscripti et testium infrascriptorum ad hec specialiter vocatorum et rogatorum constituerunt et ordi-
narunt eorum et dicte universitatis et singularum eiusdem procuratorem sindicum et actorem certum et specialem Franciscum de palodio textorem et civem dicte civitatis Amorise presentem et recipientem ad vendendum pro dicta universitate et singularibus eius presentibus absentibus et futuris
et pro dictis venerabilibus consiliariis et aliis hominibus supra nominatis tam nominibus eorum propriis quam nomine dicte universitatis et singularum ipsius presentium absentium et futurorum illi vel illis ex civibus sive incolis dicte civitatis Amorise de quibus et prout dicto sindico procuratori et actori
placuerit censuale mortuum seu censualia mortua tot scilicet et tanta quot et quanta ipsi sindico videbitur fore vendenda ad racionem tamen Quatuordecim mille solidorum barchinonensium pro quolibet millenario et de eius vel eorum precio seu preciis redimendum similia censualia de illis que
dicta universitas personis extra dictam Civitatem Amorise domiciliatis facit et facere tenetur Et huiusmodi vendicionem seu vendiciones censualium mortuorum pro ipsis fiendis redempcionibus faciendum et firmandum pro alodio libero et franco pro dicta universitate et singularibus
eiusdem et pro dictis venerabilibus consiliariis et aliis probis hominibus supra nominatis tam nominibus eorum propriis quam nomine dicte universitatis et eius singularum cum pactis paccionibus stipulacionibus promissionibus obligacionibus penis hostagiis iuramentis homagiis et serviciis extra
et infra et cum submissionibus fori quorumcumque iudicum seu personarum iurisdictione ubilibet existentium de quibus et prout eidem sindico videbitur Et cum fori proprii renunciacione et aliis renunciacionibus quibuscumque et cum aliis omnibus et singulis clausulis securitatibus
et cautelis quocumque nomine censeantur et eis modis et formis de quibus eidem sindico et procuratori ad uberiorem securitatem et cautelam emptorum censualium predictorum visum fuerit expedire et prout cum eisdem poterit convenire Et dicta censualia et unum quodque eorum soluere
promittendum in termino seu terminis inducendum sindicum actorem et procuratorem et emptorem seu emptores ipsorum censualium vendendorum pro ipsum pro fiendis luicionibus seu redempcionibus supradictas inhibendis et constituendis intus dictam civitatem Amorise intus scilicet hospicia ipsorum
vel alibi ubi voluerit intus dictam civitatem
et cuiuslibet eorum franchia scilicet et quitia ac immunia a prestacione questie peyte munus imposicionis et alterius exactionis et similis etiam aliter cuiuscumque quocumque nomine censeantur et ab omnibus emparis marchis represaliis et sumptibus quibuscumque Et ad tenendum hostagium
seu hostagia obligandum illos ex consiliariis et aliis hominibus supra nominatis vel alios ex aliis singularibus dicte universitatis presentibus absentibus et futuris quos dictus sindicus actor et procurator voluerit et sibi placuerit cum iuramento et homagio et aliis quibuscumque securitatibus
modis et formis de quibus et prout dicto sindico actori et procuratori placuerit Et ipsa censualia et unum quodque eorum scribendum et soluere promittendum pro dicta universitate et singularibus eiusdem et pro consiliariis et aliis probis hominibus superius nominatis tam nominibus eorum propriis quam nomine
ipsius universitatis et cuiuslibet eorum et singularum dicte universitatis et quolibet nomine insolidum et pro toto terminis constituendis sub pena tercii in curia venerabilis vicarii Amorise et bagiarum sive in curia dicti venerabilis bauli Amorise cum illis promissionibus
obligacionibus tam bonorum etiam privilegiatorum et aliorum quam personarum eorum et dicte universitatis et eius singularum et cuiuslibet eorum insolidum et cum renunciacionibus clausulis securitatibus et cautelis quibuscumque de quibus et prout dicto sindico actori et procuratori videbitur et cum
emptore seu emptoribus predictorum censualium et cuiuslibet eorum poterit convenire Et predictos constituentes nominibus eorum propriis et quemlibet eorum insolidum et bona eorum et cuiuslibet eorum insolidum et dictam universitatem et eius singulares et quemlibet eorum insolidum
in personis et bonis ad hec omnia et singula obligandum Et predicta omnia et singula et infrascripta faciendum et firmandum quatenuscumque forcius cauius et securius ad comodum seu utilitatem emptoris seu emptorum predictorum voluerit sindicus supradictus Et ad recipiendum
unum quemque terminum ipsorum censualium pro spacio sex mensium vel alterius temporis quod datur debitoribus pro vendendis honoribus aut alias pro solucionibus faciendis Et ipsi spacio et aliis quibuscumque renunciandum Et pro hiis omnibus et singulis et quolibet eorum et pro omnibus et
singulis per ipsum sindicum actorem et procuratorem fiendis et promittendis et eorum observacione in dictam universitatem inducendum et in dictos venerabiles consiliarios et alios homines superius nominatos et alios singulares dicte universitatis et quemlibet eorum excommunicacionis sentencias audiendum
et suscipiendum in posse officialis seu decani nunc regentis decanatum Amorise et bagiarum pro reverendo domino vicentino episcopo Et eas laudandum approbandum et confirmandum et iurare promittendum et iurandum Et quodcumque etiam aliud iuramentum seu quecumque iuramenta
volunt sindicum supradictum faciendum et prestandum in animas consiliariorum et aliorum hominum supra nominatorum nominibus eorum propriis et aliorum singularum dicte universitatis presentium absentium et futurorum Et de ipsis censualibus que vendiderit dicto nomine pro redempcionibus
seu luicionibus memoratis et eorum quolibet corporalem possessionem vel quasi tradendum nomine ipsorum constituentium et dicte universitatis et eius singularum Et pretium et precia dictorum censualium et cuiuslibet eorum petendum exhigendum et recipiendum Et inde apocas
fines et absoluciones faciendum et firmandum Et de ipsis precio seu preciis redimendum eadem censualia ex hiis que hactenus pro dicta universitate vendita sunt et sunt personis que extra dictam civitatem sua domicilia teneant sive fuerint ubicumque Et pro premissis et eorum quolibet
ac dependentibus ex eisdem quascumque oblaciones requisiciones et protestaciones faciendum et responsis replicandum Et inde publicum et publica instrumenta fieri petendum et requirendum ac recipiendum Et de et super predictis vendicionibus et luicionibus seu redempcionibus
censualium predictorum et aliis predictis et quolibet eorum et dependentibus emergentibus vel incidentibus ex eisdem faciendum fieri firmandum et iurandum quecumque dictus sindicus actor et procurator voluerit instrumenta cum illis pactis paccionibus obligacionibus bonorum et personarum renun-
ciacionibus fori submissionibus penis hostagiis homagiis iuramentis et aliis quibuscumque clausulis renunciacionibus securitatibus et cautelis modis et formis quocumque nomine censeantur et quocumque modo dici scribi notari et cogitari possint de quibus et prout dicto sindico actori et
procuratori placuerit seu visum fuerit expedire Et procuratorem seu procuratores quoscumque quando et quociens sibi visum fuerit ad predicta omnia et singula substituendum Et generaliter omnia alia et singula faciendum promittendum paciscendum stipulandum et iurandum pro predictis
constituentibus et universitate et eius singularibus super predictis et super dependentibus seu emergentibus ex eisdem et eis incidentibus seu adherentibus et connexis aut ea tangentibus quoquomodo quecumque ad hec utilia fuerint necessaria ac etiam oportuna Et que dicti constituentes
et universitas et singulares ipsius facere possent si personaliter interessent etiam si talia fuerint que de iure vel de facto aut alias mandatum exhigant speciale etiam si maiora graviora vel duriora fuerint predictis superius expressatis Quoniam hic pro notatis et expressatis haberi voluerunt
et consenserunt ea omnia et singula que pro predicto modo aliquo comprehendi seu intelligi non valeret Et sine quibus predictum expleri seu ad effectum perduci non possent ac si essent hic singulariter et notatim posita seu expressa Ipsi enim constituentes nominibus predictis tradiderunt
et commiserunt dictis eorum sindico et procuratori super predictis omnibus et singulis et dependentibus seu emergentibus ex eisdem et eis adherentibus incidentibus et connexis ac ea tangentibus quoquomodo plenarie vices suas et dicte universitatis et singularum ipsius Et liberam ac generalem
administracionem cum plenissima facultate et libera ac etiam absoluta Et promiserunt dicti constituentes nominibus antedictis et quolibet nomine insolidum dicto procuratori sindico et actori immo dicto notario tanquam publice persone pro emptoribus et aliis adquisitoribus predictorum et pro
aliis etiam predictis quorum interest et interesse poterit recipienti paciscenti ac etiam legitime stipulanti Et etiam dicti probi homines supra nominati nominibus eorum propriis sponte iurarunt in animas eorum per dominum deum et eius sancta quatuor evangelia manibus ipsorum cuiuslibet corporaliter
tacta ipsos venerabiles constituentes nominibus predictis et quemlibet eorum et dictam universitatem et eius singulares presentes absentes et futuros semper habere ratum gratum et firmum quicquid per dictum sindicum actorem et procuratorem eorum aut per substitutum seu substitutos ab ipso
in predictis et circa ea et super dependentibus seu emergentibus ex eisdem pro ipsis constituentibus et dicta universitate et singularibus eiusdem et quolibet eius et eorum insolidum procuratum et actum fuerit sive gestum et nullo tempore revocare et predicta ac infrascripta omnia
et singula rata et firma habere tenere et observare et in aliquo non contrafacere vel venire aliquo iure causa vel etiam racione sub ypotheca et obligacione omnium bonorum suorum et cuiuslibet eorum insolidum et dicte universitatis et eius singularum et cuiuslibet
eorum insolidum mobilium et immobilium habitorum et habendorum etiam privilegiatorum Ipsi enim constituentes nominibus eorum propriis et nomine dicte universitatis et singularum eiusdem et utroque nomine insolidum Renunciarunt quantum ad hec beneficio novarum constitucionum
et dividendarum accionum Et epistole divi adriani et omnibus et singulis iuribus civilibus et canonicis legibus consuetudinibus usaticis privilegiis usibus et aliis quibuscumque quibus vel eorum aliquo possent ipsi constituentes nominibus predictis et quilibet eorum insolidum et dicta
universitas et singulares ipsius et quilibet eorum insolidum contrafacere vel venire vel se ullo modo deffendere seu iuvare Retinuerunt tamen et salvarunt sibi expresse quod nec in salario dicti sindici neque in aliis sumptibus pro hiis fiendis dicta universitas aliquid solvere teneatur
Et de predictis omnibus et singulis voluerunt et petierunt dicti constituentes fieri publicum instrumentum per me notarium supradictum. Acta fuerunt hec firmata et iurata per predictos in dicta domo existentes die et anno supra primo dictis presente me dicto notario et presentibus etiam testibus
religiosis fratribus Johanne de gimaresa et Bernardo [illegible] fratre de ordine fratrum beate Marie de montecarmelo Et per alios predictos per dictam civitatem Septimadecima die Aprilis Anno eodem presentibus testibus Arnaldo de castro deuall Francisco moreti et Bernardo de villariis scriptoribus
curiarum vicarii et bauli Amorise. Quibus omnibus et singulis supradictis dictus venerabilis Franciscus indre baulus Civitatis Amorise pro domino duce ex parte dicti domini ducis et auctoritate officii quo fungitur in hac parte auctoritatem suam prestitit et decretum et hec firmavit
in dicta domo refectorium nuncupata in presencia et posse mei dicti notarii dicta prima die mensis marcii Anno predicto ac presentibus testibus supra primo scriptis Sig[+]num mei Berengarii de tresseriis notarii publici Amorise pro venerabili preposito Amorise
qui premissis omnibus interfui et hec scribi feci Cum litteris suppositis in linea viii ubi dicitur cessari et in xxviii ubi dicitur eorum et in xxxi ubi apponitur et suscipiendum et in xxxiii ubi dicitur eorum et in xxxvii ubi scribitur aliis quibuscumque clausulis
renunciacionibus securitatibus et et in Quinquagesima prima ubi dicitur dicto et in ultima ubi dicitur mei et clausi. Cum suppositis etiam in linea xxiii ubi dicitur vel alibi ubi voluerit intus dictam civitatem

Sig[+]num mei Petri de moreciullo tenens locum venerabilis Galcerandi de castronovo Gubernatoris Amorise et bagiarum pro domino duce qui huic translato sumpto fideliter a suo originali instrumento non viciato nec in aliqua sui parte suspecto sed omni vicio et suspicione carente Ex parte dicti
domini ducis et auctoritate officii quo fungimur in hac parte auctoritatem nostram prestamus pariter et decretum Ita ut ei tanquam suo originali in iudicio et extra fides plenior ab omnibus impendatur Appositum hic de mandato nostro per manum Berengarii de tresseriis notarii publici Amorise pro venerabili
preposito Amorise In cuius posse hec firmavi. Ego igitur dictus notarius recepta huiusmodi firma hec scripsi et meum solitum hic apposui Sig[+]num in testimonium omnium premissorum. Quod est actum Amorise Tercia die Junii Anno a nativitate domini Millesimo CCC LXXX primo
presentibus testibus Enrico mercator et Berengario rossell scriptoribus Amorise

Sig[+]num Berengarii de tresseriis notarii publici Amorise pro venerabili preposito Amorise qui hoc translatum sumptum fideliter a suo originali instrumento non viciato nec in aliqua sui parte suspecto sed omni vicio et suspicione carente et cum eodem de verbo ad verbum fideliter
comprobatum scribi feci Cum suppositis in linea xxxvi ubi dicitur vel alibi ubi voluerit intus dictam civitatem et interlineatis ubi dicitur auctoritate et decreto dicti locumtenentis Gubernatoris et sigillo pariter clausi xiii die Junii anno predicto presentibus testibus supra proxime scriptis

P. Q. Nº 28

Perg. 188